

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Martio

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

MARTIO.

Horti instruuntur plantis serendis. Columell.

Vitis eximia putatio, à Calendis Martius usque ad x. Calend. Aprilis: si tamen gemmas non protruserit. Silentes surculi nunc præcipuè leguntur. Colum.

Insitio arborum frequentatur, antequam oculos emittant. Colum. Vide de insitione. lib. 2.

Asparagi, cucumeres, melones, lactuca, pisa, faba, radicle, dauci, spinaria, pastinaca seruntur. Vide lib. 2.

Circa Idus aratrum educitur, iuxta vulgi Belgici dictum: Sanct Gertrud / furt den Pflug vth.

Etsi pro cæli & regionis ratione ante vel post quoque paretur.

Terra si siccata sit, lupinum, medica, sporia, hordeum, & æstiva trimestriaque frumenta seruntur, luna crescente, præter pisa, qua deficiente seruntur melius.

Plantantur coryli, fraga, rosaria, crocus, viola. Pallad.

Nuces auellanae ponuntur suis nucibus: plantis tamen melius proveniunt. Pallad.

Myxa

Myxa è nucleis in vase positis, donec planta induant firmitatem, inseruntur sorbis vel spinis.

Lupulus si autūno metu hyberna glaciei non fuerit plantatus, iam recisis sarmentis in terram mergitur curaturq;. Vide lib. 2.

Perticales salices etiam nunc ponuntur.

Sepimenta, quæ autumnō prætermiſſa, ſarciuntur hoc, & proximis menſibus.

Oua ſupponuntur auibus, pullis excluſendis.

Hordeum hoc menſe ac ſequentibus duobus maceratur vtiliter, & exiccatur, coquenda cereuiſia durabiliori & ab acore tutiori.

Hordeum æſtiuum, auena, piſa, faba, lupinum, vicia, lens, & trimeſtria ſeruntur.

Oues & quadrupedia hoc menſe comparanda. Iam enim ſanitas tutior, & vitia patent, atque ſagina fallaciam venditoris calare non poteſt. Pallad. Eſſe autem comparandas oves ad naturam loci, & intonſas: canum variumque colorem vitato. Colum.

Ouibus hoc tempore præbenda grana iuniperi contuſa, & ſale, atque auena mixta.

Hoc menſe adificatio, & cæmentatio inchoanda, quando gelu amplius non metuitur.

Lateres ducendi per vernum tempus, & autumnale, ut vno tenore siccescant; nam qui per solstitium parantur, vitiosi fiunt; quod eorum summum corium sol quidem percoquit, interius tamen nondum sicci, & rimosi sunt; quare prestare existimat Vitruuius, eos, qui ante biennium ducti fuerint: quòd ante non possint penitus siccescere. Vitruu. lib. 2. cap. 3.

Tondenda sepes viua hoc & sequenti mense: quibus & alia multa utiliter fiunt.

Qui piscium habent viuaria, hoc mense pisces; maximè Carpiones excimunt, atq; foras prostituunt. Vide lib. 4.

Apes pinguiores castrantur.

APRI.

Trimestria ad
ma, legumini
locis & temp
Tegnum tri
vni ferendo
temporis, &
volum, alia
Vineam, pr
Colum.
Lupulorum
m est prap
Sertur h
Plantant
om, ut in
Istus ser
Sernatone.
Linum &
vobis circa
vconuenit
ede quadr
vstri densi
Calam. 1. 46.
Piscatio
Piscium,
& piscinis.